



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 74. Navarræ Regis literæ ad Clerum Gallicanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI. vero pari modo in libertatem sese af-
A. C. 1586. fereret.

§. LXXIV.

*Navarræ Regis literæ ad Clerum
Gallicanum.*

*Thuan. l. 85.
Spond. n. 6.
Mem. de la
Lig. p. 478.*

Interea in Galliis cum Montalbani esset Rex Navarrus, quo Protestantium delegati ex cunctis Regni provinciis convenerant, literas ad singulos regni Ordines, & Parisinam urbem hoc anno die prima Januarii dederat, in ea autem epistola, quam ad Clerum perferipit, cum hoc sacro Ordine præcipue graviter expoſtulaverat, questus, quod clerici inimicorum ambitioni fervientes omne patrimonium ad turbandam regni quietem prodigerent, & tot innocentium crudeliter per bella civilia intersectorum, aut bonis spoliatorum execrationes, cum tamen illi paci studerent, ultro in se reciperent. „Equidem, proſequebatur Navarrus, religionis, atque Ecclesiæ studium „obtendetis, veſtramque agendi rationem hoc colore excufabitis, sed quid „poſteri judicabunt, cum conditiones a „ma, ac Protestantibus toties propoſitæ, ac repetitæ, quibus nos legitimi, „ac liberi Concilii a Rege per meam „ſpecialem declarationem petiti decretis stare paratos ſignificavimus, ab hominibus adeo devotis neglectas percipient? quid dicent, dum multos ex „illo

„illo ordine omiffa errantium in viam **Sæcul. XVI.**
 „reducendorum ratione apud Pontifi- **A.C. 1586.**
 „cem inffitiffe audient, ut me haud
 „prius auditum condemnet, & extra
 „christiani nominis commercium posi-
 „tum proferibat, atque adeo legitima
 „regni fucceffione privet: verum Dei
 „gratia, & iuftæ cauffæ confcientia fre-
 „tus parum his irritis Pontificis irati ful-
 „minibus terreat, quippe fcio, quod fo-
 „lius Dei fit, Reges conftituere, ac de
 „regnis decernere, infuper ab ipfo fagro
 „Ordine Gallicano nulla olim factionis la-
 „be infecto edoctus didici, quam Ponti-
 „fici nullum jus in hoc Regnum compe-
 „tat: verum fummopere doleo, quod
 „nefarie factionis auctores, & fautores
 „eo vefanie venerint, ut de Regis viden-
 „tis, viventisque, atque adeo in ætatis
 „flore conftituti fucceffione litem mo-
 „veant: at male fit illis, qui fortuna-
 „rum amplificationem Regis tumulo
 „fuperftituunt, atque adeo de futuris fuis
 „providi, ut mortem ejus confiliis fuis
 „anticipent: verum hæc monftra non
 „ab ingenio Gallico profecta credo, fed
 „ab hominum Hispanie factioni addi-
 „ctorum officina, qui pacem, & tran-
 „quillitatem Francie invident, orta exi-
 „ftimo, hinc Deum toto pectore exoro,
 „ut illi in pofterum a perniciofis confi-
 „liis adeo prompte animum abftineant,
 „ubi

Sæcul. XVI.
A.C. 1586.

„ubi ego injuriam ab iis acceptam jam
„nunc condonare resipiscentibus para-
„tus sum: de cetero christianus Prin-
„ceps natus, ac Religionis christianæ
„amplificandæ, & constituendæ per-
„studiosus semper fui, ac eundem Deum
„cum ipsis, eundem Christum salutis
„humanæ propitiatorem, eandem sa-
„cræ Scripturam credo, ac profiteor:
„si vero in sacri Textus interpretatione
„hominum sententiæ scindantur, con-
„cordia non armorum vi, sed iis, quas
„ego proposui, ac nunc demum repe-
„to, conditionibus sarciri debet: Chri-
„stianis enim, & præcipue Magistris in
„Israel, & Evangelii Doctoribus indi-
„gnum esse censeo illud bellum, quod
„adeo ardentè promovetis, si ta-
„men potius cruento certamine, quam
„amica disceptatione, & legitima Con-
„cilii celebratione negotium explicari
„vobis placeat, manus puras ab inno-
„centium sanguine servabo, qui etiam
„in hoc bello effusus in vestra capita re-
„cidet. „

§. LXXV.

*Ejusdem Regis literæ ad Nobilium
Ordinem.*

*Mem. de la
Lig. p. 483.*

Navarræ Rex in literis, quas ad No-
biles dederat, una omnes ita ro-
gabat: „Estote memores, nunc instigatu
„illo-